

enim ortæ sunt tot cruentæ Christianorum perfectiones tumultusque, velut abunde docent primorum N. T. seculorum historia.

וְלִנְחָמִים & [quare] *nationes*:) h. e. secundum Lucam, λαοὶ ἰσραήλ, Act. IV, 27. Nimirum vox נְחָמִים (ab נח unde נח mater & נח natio, velut ab eadem matre oriunda: quomodo Jacobi & Esavi posteritas hocce nomine נְחָמִים designatur Gen. XXV, 23.) vi originis suæ nationem exprimit, cujus commune est stemma aut mater, veluti נח accipitur pro populo promiscuè, etiamsi ex variis confluerit locis atq; gentibus. Per prosthesin voci huic נח indivulsè agglutinatum est (ח) ac si esset radicale; unde forma נח מל pra natione, Gen. XXV, 23. Similis formatio in נח ל sensum, ab נח item in נח ל ברוך salus, א ברוך &c. Lorinus ad Act. IV, 25. observat, hocce נח ל in plurali de Judæis usurpatum sæpius in malam sumi partem, contra verò in singulari. Quod quam verum sit, nihil attinet operosius hic disquirere.

וְהִנְיָחֻם *meditantur vel loquuntur vanum*:) Benè Joh. Campens. in sua paraph. *quæ dementia fecit exterarum nationes inter se conspirare, & Judaicam factionem rem stultam animo concipere?* Nimirum sicut prior actus vehementem inferebat strepitum externum, ita hic modestior non nihil processus describitur, qui tam circa interiorem machinationum subdolarum adinventionem, quàm circa externam sermonum de iisdem reciprocationem erat occupatus. Utrumvis enim innuitur verbo הִנְיָחֻם *meditatus*, item *prolocutus fuit*; veluti vidimus Ps. I, 2. vide sis etiam *Tarnovium* de vocabuli hujus emphasi prolixiorum. Quapropter sicut verbum hoc, de piis usurpatum, devotam tum meditationem, tum modestum de meditati exprimit colloquiū; ita h. l. inquietæ impiorum nobis describuntur tum molitiones, (LXX. & cum iis Lucas l. c. habent ἐμελέτησαν κενῶς,) tum importuna murmura, colloquia temeraria, & quicquid modò in detrimentum regni Messiani profari potest lingua effrenis. Ita de sermone accipiunt h. l. Chaldæus, (וְהִנְיָחֻם insultant animosè tripudiantes, vel murmurant præ fastidio & indignatione, sicuti vocem hanc adhibet Jonathan Deut. I, 27.) it. *Kimchi*, *Aben Esra*, *R. Salomo*. Aquila φθίζεται κενῶς, Luth. reden so vergeblich.

וְהִנְיָחֻם *vacuum vel inanitatem*:) h. e. id tractant, quod nequaquam ita se habet, veluti concipitur aut ore profertur, imò quod nec eum nanciscetur eventum, qualem sibi pollicentur tractantes. Si quidem vox וְהִנְיָחֻם idem est ac, *inanitas, inanis*; v. g. vas inane, Jer. LI, 34. quod magnopere quidem tinnit ac tumet, verum intus nil istorum habet, quæ habere posset aut deberet: hinc de mendacio, (exteriùs quidem speciosò, in rei autem veritate nihil solidi habente,) exponitur Ps. IV, 3. Frequentius idem est ac *Frustra*, ut Lev. XXVI, 16. 20. Psalm. LXXIII, 13. Jer. LI, 58. Jes. XXX, 7. XLIX, 4. LXV, 23. Job. XXXIX, 16. (quæ ipsa est inductio locorum, vocis hujus omnium.) Unde colligitur, tum materiæ tractatæ inanitatem, tum causarum præteritarum futilitatem, tum successuum eventuumq; frustrationem describi, adeò ut laboriosè licet defudent Judæorum tam optimates, quàm vulgus, de tollendo Christo Christi; discipulis ac doctrinâ, nequaquam tamen id obtineant, quod tam fervidè intendunt. Constat hoc ex historiâ passionis, ubi non unæ commemorantur deliberationes, decreta, restium falsorum conquisitiones, plebis instigationes, Pilati Herodisq; exstimulationes, &c. Matth. XXVI, 4. seqq. Marc. XIV, 1. seqq. Luc. XXII, 2. seqq. Verum cuncta illa וְהִנְיָחֻם *inanitas*, h. e. & men-

adaciloquia erant, & frustranea; Christi enim resuscitatio ac majestas nequaquam poterant obfuscari, mendacium ubivis pellucebat, veritas triumphabat. Addi his ipsis possunt crebræ Judæorum machinationes adversus Apostolos evangelizantes, dum invidiâ ardentes pessimi instigabant plebem ad tollendos hosce novatores, ceu patet de Judæis Antiochenis, ex Act. XIII, 45. XIV, 19. de Thessalonicensibus, cap. XVII, 5. 13. de Corinthiacis cap. XVIII, 12, & Hierosolymitanis, c. XXI, 27. seq. c. XXIII, 9. seq. quibus ipsis tamen flatibus inanibus magis subinde propagatus accensusq; est veritatis celestis fulgor atq; flamma.

EXPLICATIO VERSUS II.

וְהִנְיָחֻם *sistunt se*:) solenniter scil. hostiliq; animò se novo huic regno opposituri. Ita namque verbum hoc וְהִנְיָחֻם *sistere* in hitpaël significat *se ipsum sistere*, sive se associandi causâ, quomodo Levitæ sistebant se, Rehabeamo regi posthac adhæsuri 2. Par. XI, 13. sive se patefaciendi animo; quomodo LXX. seniores jubentur se sistere, tanquam populo solenniter comendandi præficiendiq; Num. XI, 16. & quomodo Mose sistere se debebat Pharaoni, Exod. VIII, 20. IX, 13. sive adversandi aut oppugnandi intentione; quomodo Angelus sistebat se, Bileamo adversaturus, Num. XXII, 22. quomodo Goliath sistebat se Israëlitæ provocaturus, 1. Sam. XVII, 16. it. Samma, partem agri occipans, contra Philistæos eundem propugnaturus, 2. Sam. XXIII, 12. Sic Deut. IX, 2. *quis sistet se* (vel opponet se,) *filii Anak?* 2. Par. XX, 6. *nullus sistere se potest* (i. e. se opponere;) Job. XXXIII, 5. *sistete* (tanquam meus opposens vel adversarius: conf. Deut. VII, 24. XI, 25. Jos. I, 5. Job. XLI, 2. Quapropter & h. l. tum fastus, tum præsumptio, tum hostilitas manifesta ac perversa evidentè satis indicatur, quæ non tam latebræ quæruntur, quàm palam adversa quævis parantur

וְהִנְיָחֻם *reges terræ*:) ne quis putet plebem solum imprudentem tam importunè furere, ideoque antesignani ejus nunc producuntur reges atq; principes, qui non modò tumultus hos subortos non componunt, sed ipsi etiam suas his jungunt operas, astute consultando, comitia instituyendo, prætextus varios conquirendo, &c. Hos ipsos *Terræ Reges* Apostoli interpretantur Herodem & Pilatum Act. IV, 27. non tamen exclusivè; quis enim exclusum hinc opinabitur Herodem Magnum, qui Messie adhuc infanti tam graves struxerat insidias? quis eximeret hinc persecutores ecclesiæ subsequos, qui & ipsi extinctam semper optaverunt pusillam Christi catervam? Adeoq; non opus est accersere huc illam grammaticorum observationem, quæ pluralis ponitur pro unò ex pluribus v. g. latrones pro uno latronum Marc. XV, 32. ex Luc. XXIII, 39. discipuli pro uno discipulorum Matth. XXVI, 8. Job. XII, 4. &c. ac proinde & h. l. Reges, pro unò Regum, Herode. Constat namque vaticinium hoc perennem quodammodo exhibere nobis chronologiam faciemque regni Messiani, semper in mundo ad mundi usque finem stolidissimè oppugnati & oppugnandi. Imò nec causam habemus, cur cum *Eugubino* Terram antonomasticè acciperemus pro terra sancta vel pro Palæstinâ; potius hi *Reges Terræ* opponuntur Regi Cælorum supremo, cujus sequetur mentio mox vers. 3. Adeoque per contemptum veluti hinc modò appellantur: quid enim locustæ hæ super terræ pulverem dispersæ (Jes. XL, 22.) auderent adversus tantum orbis universi Monarcham? quid punctum hoc terræ ad vastam cælorum machinam? quid punctuli hujus portiu-